



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor patiens omnia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

XXI. CONSIDERATIO XXI.

AMOR DEI,

Amor patiens omnia.

Patens conditio, *Omnia pati, ut cum illo sit, etiam*
mortem. Ab efficaci intentione finis dependet
 electio mediorum. Desiderium efficacis amo-
 ris DEUM non vult aliud, quam DEUM; non
 aliud, quam DEUM: in solo DEO totum im-
 pium est, & quasi sepulchrum eius. Ut ergo jun-
 gatur hinc, ut gaudeat DEO tuo, non aestimat vitam,
 sed timet mortem. Pro ludo habet omnia tormenta
 huius. Paratus est omnia pati, ut cum illo sit,
 etiam mortem.

Jam intelligo, quare amanti seruo DEI, Francisco,
 venerit Seraphinus in Cruce, & Amor crucifixus ei
 dicitur; Quid petis Franciscus? Amorem. Ecce me-
 us Amor Crucifixus. Et sic mansit vulneratus, ac simul in flam-
 mas amore Divino.

O Amor! pretium tuum est dolor. O Amor,
 tu dulcis, ac totus amarus! totus dulcis deside-
 rium tuum, totus amarus gustui sensus. Quia,
 tu ignis celestis, grassaris ardendo, & comburendo
 quicquid terrenum, & humanum est. In Cruce
 Christus amorem nobis promeruit, cum cruce
 nos veniemus in possessionem
 illius.

